FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an [Andreas Torkos].

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 22.09.1714

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-14610

Visual Library

ſed medicam ei manum potius pro re
nata tenerrimo affectu adhibeas. Sic
eris bonus odor Domino noſtro Ieſu
Christo. Vale.

Tuus Auguſt9 Hermannus
Hal. d. 16. Maii. 1714. Francke.

Gratiam et pacem a Domino
noſtro Ieſu Chriſto!

Vir plurimum Reverende,
Amice et frater in Chriſto dilectisſime,

Recte quidem vtramque epiſtolam tuam
accepi, ad priorem vero quod nihil adhuc
a me repoſitum ſit, condonabis occupationū,
quibus indies magis atque magis diſtineor,
multitudini. Poſteriorem, quæ ante octiduum
mihi reddita eſt, non ſine dolore legi; quan-
do quidem ea triſtisſimam rerum veſtrarum
faciem vberius mihi expoſuit. Conſolatus
tamen me eſt heri Hungarus quidem, ex ſu-

periori

periori Hungaria iuvenem nobilem huc ad-
ducens, ut in Pædagogium Regium recipere-
tur. Is enim adfirmabit res veſtras jam in
melius eſſe mutatas, licet comitia in quibus
ſententia exſpectetur, nondum habita ſint.
Effecit nuntius iſte lætior, ut conſilii, quod
alioquin ceperam, exſecutionem differre con-
ſtituerim, donec novis litteris mihi, his meis
acceptis, quam fieri potuerit, accuratiſ-
ſime exponas, quis nunc ſit Eccleſiæ ve-
ſtræ ſtatus, et qualem in poſterum futurum
eſſe credatis. Iam enim in eo eram, ut ex-
cerpta quædam e litteris tuis mitterem ad Pa-
tronos, in quibus aliquid opis eſſe confide-
rem ad egeſtatem et calamitatem eorum qui
perſecutionem apud vos ſubiiſſent, aliquan-
tulum levandam. In quod nunc quidem con-
ſultum non eſt exſequi, ſi perſecutio iam
ceſſaverit. Facile enim poſſem ſuſpicio-
nem incurrere, me prætextu falſo eleemoſynas
colligere velle: quibus ſi opus adhuc ſit, ſua-

Deo

deo, vt denuo et faciem rerum veſtrarum ſpecialium factorum narratione ſimplici repræſentes et curam eleemoſynarum colligendarum in tantum mihi committas, in quantum eā ſubire per catenata mea negotia et non niſi communicata cum Patronis relatione tua, poſſem. Equidem id minime approbo, quod Politici veſtri, vt ſcribis, de nummis ſint ſoliciti, quod pecunia ſit rerum neruus, et monetarum faciei incuſſis armatos ſæpe victores vincantur. Quæ enim ſunt ὅπλα σαρκικὰ, ſi hæc non ſunt? Immo prorſus diſcedendum ab eiusmodi conſiliis eſſe autumo, quum ea non recta, ſed curva, indoli veræ ac viuidæ fidei contraria, et euangelicam profitentibus doctrinam ignominioſa eſſe cenſeam. Pauperum vero et adflictorum curam in me ſuſcipere haud grauabor, licet, quo effectu, ſpondere nequeam. Filium, quando voles, ad nos mittas; quem in numerum eorum, qui leuioribus ſumtibus

et vi-

et vitam et ſtudia agant, lubens recipiam. Didactrum, quod vnicum eſt de ſumtibus impendendis, quod in Orphanotrophei cedit commodum, Tibi vltro remittetur. Vale et, quam fieri poteſt ocyſsime quaeſo reſcribe.

Plur: Rever: dignitati Tuae

addictiſsimus in Domino

Hal. d. 22 Sept. aō 1714. Auguſtus Hermannus Francke.

Vir Nobiliſsime et Ampliſsime,

Gaudeo quidem me ex litteris Tuis honoratiſsimis intelligere, duodecim Noui Teſtamenti διγλώττου exemplaria ad Illuſt. Dn. Haleſii Tuasque manus recte perueniſſe: aſt quum pauciora illa cenſeam eſſe, quam requiri viden- tur ad finem, quem ſibi Vir Ill. praeſtitu-